Universitätsbibliothek Paderborn

TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.|| An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Sexta Conclusio. Quare huiusmodi perturbationes fiant in his locis, & non in illis, ratio certa non semper reddi potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Visual Library

etiam plus mali machinari. Imò frumenta & omnia in ſuo loco ſemper manere. Sed & aliã noui, vbi nocte ſolet dormientes quandoque inquietare, & ſi quaſi inſequi velint ſpectrum, retrocedit, vt de ſuo etiam refert ſuprà Alex. & ſi lumẽ adferatur, fugit. Occaſione ſpectrorum apud Iuriſperitos difficultas mouetur, An liceat conductoribus à conductis ædibus migrare, ex eo quod huiuſmodi ſpectris & tumultibus inquietentur, ita vt non teneantur ſoluere mercedem ab eo tempore, quo domũ inhabitârunt. Et concludunt licitum eſſe, & pro hac parte ſemel atque iterum iudicatum fuiſſe in regio prætorio Granatenſi Didacus Couarr. loco citato atteſtatur.

Sexta Concluſio. *Quare huiuſmodi perturbationes fiant in his locis, & non in illis, ratio certa non ſemper reddi poteſt.*

COVARR. loco citato. Quia cùm Dæmones nihil operari poſsint ſine permiſsione particulari Dei, cuius iudicia occulta ſunt multa, iniuſta nulla, vt dicit S. Auguſtin. li. 18. de Ciuit. Dei. Aliquando huiuſmodi Dæmones mittuntur in pœnam peccatorum, aliquando ad exercitium: Aliquãdo ob cauſſam aliquam occultam, quam nimis anxiè inquirere non debemus.

Septi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN